Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Adhuc esce erant in ore
scilicet dum manna
et coturnicum carni
bus uescerentur, Esca
enim ab edendo dicta
est, Tunc ira dī ascen
dit. quando dn̄s iratus
moysi dixit. graui
ter peccauit popu
lus iste

Peccauit adhuc ille
populus. quia contra
famulum dī moysen
murmurabat, pec
cant cottidie iniqui.
quia sacerdotibus
dī oboedire con
tempnunt

Non ipsi inquisierunt
dm̄. quos dicit occi
sos, iudaicus itaque
populus tunc timuit
et exquisiuit dm̄.
quando suos socios cerne
bat extingui, uenie
bant diluculo flagel
lati in peccatis. ex
cusso infidelitate
somno. ueniebant

Nam si ds̄ non metuitur.
mixto amore. toto
corde non quae
ritur, hoc enim
peccatum est maxi
mum. ut se dicat
illi confiteri lingua.
dum cordis ima
dissentiant. quasi
ille omnia non cog
noscat

Adhuc esce eorum
erant in ore ipsorū.
& ira dī ascendit
super eos

Et occidit pingues
eorum. & electos
÷ israhel: impediuit

In omnibus his pecca
uerunt adhuc. & n̄
credider̄ mirabilib̄ eī

Et defecer̄ in uanita
te dies eorū. & anni
eorum cū festinatio
ne

Cum occideret
eos querebant eum
& reuertabantur.
& diluculo uenie
bant ad dm̄

Et rememorati sunt
quia ds̄ adiutor ē
eorum. & ds̄ excel
sus redemptor eorū ē

Et dilexer̄ eum in o
re suo. & lingua sua
mentiti sunt ei

Cor autem ipsorum
non erat rectū cum eo.
nec fideles habiti sunt
in testamento eius

Occidit pingues eo
rum. idest fortes
iudaeorum. propter
peccatum uituli quem
fecit aaron, occisi
leguntur xxiii milia
eorum una die, sic er
go factum est. ut elec
tos israhel prauitas
peccantium impediret

Dies eorum defecis
se dicit. quasi ta
be languida consump
tos, Dies enim. cum pec
catorum cum festina
tione transeunt sicut
legitur, Viri sangui
num et dolosi. non dimi
diabunt

Memorati sunt. quando
irascente dn̄o extre
ma castrorum. diui
no igne consumpta sunt,
quo facto. rogauerunt
moysen. ut pro eis dn̄m
supplicaret, Intellexe
runt nullum alium
posse in tali periculo
adiutorium ferre

Nam et dn̄s de ipsis per
isaiam dixit, Populus
hic labiis me honorat.
cor autem eorum
longe est a me